

debar habiturus, quàm cum sibi narra-
sem, regius ille animus, vt qui nullam ni-
si in altis & gloriosis actibus volupta-
tem caperet, gaudium suum cum verbis
humanissimis, cum sydereæ frontis sere-
nitate testatus est. Cæterum vt ipse ex-
eam, vbi paruitati meæ altissimum illud
ingenium condescendit, cum quædam de
arte Poëtica, ac de proposito & differen-
tiis Poëtarum, de quæ ipsius laureæ pro-
prietaribus dixissem, aures eius animam-
que tangentia, multis audientibus hæc
mihi tribuere dignatus, vt assereret non
paruam temporis sui partem poëticis
studijs impensurū se fuisse, si quæ ex me
audierat ab ineunte ætate cognouisset.
Ego autem primum videre incipio con-
tigisse mihi quod semper, cogitavi, vt
sensim longius ferar, quotiens prædulcis
commemoratio incidit illius animæ,
quæ cum cœlum quoque decoraret, sibi
quidem ætate optima, mihi autem Reg-
nisque suis immaturè nimis hinc abiit,
multos fortè præterea me plaudente re-
rum scriptores, alij memoratu dignos
scriptis suis inserent. Ego quidem & si
incomitatum non debere Regem esse
sciam, tamen quod dolens indignansque
profi-